Fragmentarium

[..]enegan[..] obſequium Unde appa[r]et quid ſu[..]
ſeruitati detraxerit. cum peccatorum merita eiuſ ſtatum
adhuc mutare non poſſint Grauariſ homo iniuſto
grauariſ & inexcuſabili pena adſtringeriſ. con
tempniſ creatorem. & eiuſ imperaſ creaturę. De
ſpiciſ dominum & de eo exigiſ creatura ſeruicium. Bene
ficiiſ dei perfrueriſ & eiuſ potentiam non extimeſciſ.
& cum tibi pene cuncta deſeruiant. ſoluſ illi ipſe non
ſeruiſ. Biſ delinquiſ & geminum ac duplex crimen
incurriſ dum nec pro conditione ut ſeruuſ obſequeriſ
nec pro poteſtate data domino famulariſ. Tibi cęlum
in die luciſ ſplendore ueſt[..] & ſoliſ fulgoribus de
coratum In nocte clariſſimo lune ſpeculo. & aſtrorum
fulgore uario poluſ ipſe luſtratur. ut diei noc
tiſque uiciſſitudine. & numeroſitaſ temporum di
noſcatur. & poſt diurnum laborem. requieſ miſeris
mortalibus prebeatur. Tempora alterniſ uicibus
inmutantur. Frondeſcunt ſilue amoeniantur campi.
prata uireſcunt. animantia cuncta diuiſiſ uſibus
procreata. edunt fetuſ parent imperio obſequia
ſeruant. ſcatent fonteſ. amneſ fluunt. inſtitu
tiſ terminiſ maria coercent. Gaudet poſt hi
emem uerna temperieſ. eſtatiſ flagrantia
decoquit meſſeſ. Autumnitaſ temulenta. ſuaſ
exhibet ubertateſ hieme mutantur imbribus
terrę. ſuiſ inſtitutiſ cuncta deſeruiunt. ſoluſ
homo deo non ſeru[..] quid ſi tibi uniuerſa natura

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 431, 5, fol. [2]v – Lectionary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-cjbm/7095/57988)